

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

Vorwort

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Praefatio primæ editioni præmissa.

Prodit tandem B. L. opus hoc, decem abhinc annis, adeo-
que a juvēne admodum, inchoatum, jam vero demum
absolutum. Moram injectit munētis publici mutatio, domi-
ciliique adeo Francfurto, ubi opus cœptum est, migrandi
necessitas. Cum enim ante quinquennium demandatam Di-
vinæ Providentiæ fato, & Clementissimo Sac. Reg. Maj.
Bor. iuslū atque indultu, provinciam fusciperem, cum ea
a pristina vitæ consuetudine non minus quam loco, demi-
grandum mihi fuit. In id hæc mora profuit, quod hinc
inde posteriores cogitationes libello adsperrere licuerit: quan-
quam pro temporis penuria tam parce, ut in plerisque ac-
curatiore lima opus esse haut diffitear; quam in posterum
adhuc, si D E U S vitam, valetudinem, otium, largitus
est, pro virili addere animus est. Admodum autem doleo,
tot mendas erroresque typographicos irrepissē, qui men-
tem & sensum sèpius distrahit, nonnunquam etiam im-
plicant: quibus omnibus, ob continuam a loco absentiam,
mederi haud licuit. Cæterum id operari maxime dedi, ut
quam planissime controversias juris compendio evolverem
ac deciderem, & quæ adversari videntur, legumque adeo



dissensus, & in primis, quarum conciliações vulgatæ JCtis
accusatoriis merito non probantur, nec sufficere viſæ sunt,
ex ſententia & rationibus Domini Parentis ſolide compo-
nerem ac ſolverem. Neque tanti mihi fuit Interpp. aucto-
ritas quam legum, qua in re cum doctissimis Viris facio,
qui fruſtra laborari contendunt circa Doctorum opiniones,
cum ex jurium fontibus res explanari potest: niſi illæ jam
in forum certo probatoque uſu receptæ ſint, neque adeo
juſ incertum relinquant. Quibus rebus id effectum ſpero,
ut hæc tractatio in insigne illud Compendium Lauterba-
chianum Commentarii loco quoque eſſe poſſit. Quod
ſi vero alicubi a viribus deſtitutus aut opinione deceptus
Tibi videar, veniam a mea ætate, & Tua, L. B. humani-
tate mihi polliceor. Vale. Dabam c Muſæo die I. Junii
Anno 1710.



L. B.





L I B . XX . T I T . I .

D E

PIGNORIBUS ET HYPOTHECIS,
ET QUALITER EA CONTRAHAN-
TUR, ET DE PACTIS EORUM.

Q V A E S T . I . Quomodo differant hypotheca & pignus?

R E S P .

Hypotheca per nudum pactum constituitur, §. 7. I. de Laut. pag.
Act. L. 4. ff. de Pign. & Hyp. Pignus vero pro 402. verb.
prie loquendo non nisi per traditionem contrahi in Rubr.
tur, §. 7. I. de Act. L. 238. §. 1. de Verb. Sign. gnoribus
Quæ differentia ex ipsa vocum etymologia adstruitur; Hypothecare & hypo-
enim est supponere, i. e. obligare, quod sit per nudam conventionem, thecis.
sed pignus a pugno appellatur, quia res, quæ pignori dantur, manu
traduntur, d. l. 238. Hinc porro differunt, quod Hypotheca plerum-
que sit in re immobili, nam hæc tradi proprie de manu in manum ne-
quit; Pignus vero in re mobili: d. §. 7. d. l. 238. ibi: Pignus proprie
rei mobilis constitui, (quanquam etiam impropre pignus in re immo-
bili dicatur, ut in L. 2. §. f. de Relig.) Alias differentias vide apud
Goth. ad L. 5. §. 1. ff. h. & Dn. Par. in hyp. Inst. tit. Quib. mod. recontr.
obl. §. 8. De differentia actionum vide Goth. ad rubr. h. t. lit. d.

O B J . Quod pignus & hypotheca vocis saltem sono differant. L. 5.
§. 1. de Pignorib.

C O C C . J . C . P . II .

A

R E S P .

